



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

5. S. Placidus cum sociis Martyr

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

Festum Triumphantis, & glori-  
osè in cœlo Coronati Martyris ex Ord.  
S. P. Benedicti Placidi Sanctissimi  
cum Sociis beatissimis cum in-  
dulgentiis plenariis.

## EXHORTATIUNCULA I.

Miremur prodigiosam in Juvene Di-  
vinam Providentiam. Jam ab  
aqua videbatur suffocari, liberatur ac-  
currentis subito S. Mauri obedientiâ cæ-  
câ. Dixissem & fraternâ charitate,  
quam nec aquæ extinguere valent. Di-  
lectissime! Mutemus corda cum cordi-  
bus SS. Placidi & Mauri. Aliò tunc re-  
gemur spiritu, spiritu Christi, qui posuit  
animam pro ovibus suis.

## Instructio meritoria.

Vivimus incolumes, sani, & integri:  
Cujus beneficio? Divino. Hoc nos  
conservante, ò quanta evasimus pericu-  
la! Qualia & transivimus mala! In  
compensationem dicamus Lytaniaς de  
omnibus Sanctis ex S. Ordine Magni D.  
Benedicti, quas in Trithemio invenie-  
mus dulcissimas. Commendemus por-  
rò

570 V. Octobris. S. Placidi.

rō functiones, & quæ restant, agenda  
negotia S. Placido. Magna potuit ut  
Juvenis coram Domino: Quid poterit  
ut Martyr?

II.

Dilecte! Quid legimus hodie de vi-  
dro tam mirabiliter benedicto? En!  
Breviarii formalia verba: *Nihil S. Placi-*  
*do placidius; Nihil humilius; Prudentia,*  
*gravitate, misericordiā, & animi per-*  
*petua tranquillitate superabat omnes, &*  
*singulos. O virtutes! Quām necessariae*  
*& nobis! Fili! ad cœlum properamus;*  
*Nec cœli viam tenemus: Ubi prudentia*  
*nosta? Bene Eucherius: Primas apud*  
*nos curas, quæ prima habentur, obti-*  
*neant.*

*Instructio meritoria.*

Abjiciamus cætera! Deo & virtuti  
intendamus cum S. Placido. In hunc  
finem ordinemus sacramentalem Com-  
munionem hodiernam cum *Lytanis*  
*de omnibus Sanctis Ecclesiæ triumphan-*  
*tis. Non est multum, quod sanctis of-*  
*fertur, & impenditur. Majora possu-*  
mus.

mus. Tantum probemus! amanti difficile nihil.

## III.

**S**ternuntur fratres, occiduntur in passione socii, & pretiosi comites: Nec S. Placidus cedit. Vir erat zelô magnus, major tamen fortitudine, & patientiâ, quibus & socios animavit ad constantiam, & in mortem allexit gloriosam. Tam nobilem quid admiramur pro fide, & Deo oblatam victimam? Et nostra expectatur, prompta & fortis magna pro cœlo patiendi voluntas. *Non est durum, nec grave, quod ille imperat, qui adjuvat, ut fiat, quod imperat.* S. Aug.

*Instructio meritoria.*

Surgamus à socordia! Magna audemus; Nam Dei gratia nobiscum! quam ne in vacuum recipiamus, aut penitus amittamus, specialiter redeunte singulis annis hoc solemini Festō, recordemur indulgentiæ plenariæ, vota renovemus religiosa & sanctum Martyrem Placidum, ut plurimos lucretur Christi socios, præmissâ abstinentiâ, sacramentali confessione.

172 VI. Octobris. S. Brunonis.

sione, & accuratâ mentis recollectione  
veneremur, pro beneficio vocationis  
addituri psalmum: *Benedic anima mea  
Domino. Beati mundo corde, qui  
am Deum, & sanatos videbunt.*

Festum S. Brunonis Fundato-  
ris Carthusianorum Fœcundissimi,

EXHORTATIUNCULA I.

**O** Chare! si & nos nosceremus,  
quanta suavitas in vita solitaria,  
profectò desertis urbibus, mundi abje-  
ctis omnibus pompis & deliciis convo-  
laremus ad eam! In hac mundus saluti  
nostræ infensissimus profligatur. In  
hac nihil ad peccatum; Ad virtutem, &  
sanctimoniam verò pelliciunt omnia.  
O si vel hodie S. Bruno nos in sui, & suo-  
rum traheret exemplum, & sequelam!  
Jucundius nihil in orbe terrarum, quam  
solum cum solo colloqui Christo!

*Instructio meritoria.*

Ne fiat, fortè retrahit corpus? Aut  
mundi amor? Sed dirumpamus hæc  
vincula, & ut solidè, in honorem S. P.  
Brunonis abstineamus ab una, vel occa-  
sione

